



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Literæ commendatitiæ datæ Conrado Abbati ab Eberhardo Episcopo
Bambergensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

& amore Abbatis, non tamen sine scrupulo, suscepimus, & ipsum ab obedientia nostra non absoluentes uniuersitati vestra, tanquam prudentem & fidelem virum commendamus.

LITERÆ COMMENDATITIÆ DATÆ CONRADO
ABBATI AB EBERHARDO EPISCOPO
BAMBERGENSI.

Mnibus in regno caritatis, E BERHARDVS
Bambergensis non suis meritis vocatus Episcopus
pus salutem, & eam quæ maior est omnibus, &
qua nunquam excidet, charitatem. Domino dicente;
væ ei per quæ scandalum venit, cum inter fratres ante
omnia scandalata vitanda sint, nolumus quenquam scandalizari,
in persona venerabilis & dilecti fratri nostri Conradi,
quondam Biburgensis Abbatis, eiusq; separatione à fratribus
suis. Evidenter ipse bona illig; terra bona tanta dissimi-
litudine, & eâ, qua alia natura est, morum consuetudine dis-
crepabant, ut fructuosè, & unius moris in domo Dei cobabi-
tare non possent. Vnde nascente & crescente de die in diem
inter eos discordia, cum soleat antiquus hostis, quorum vitam
non potest, saltem famam ledere, predictus frater omni non
solum infamia, sed etiam suspicionis macula abolita, communi-
& publica fratribus suorum adtestatione; specialiter vero
quorundam, qui in eos scandalizati fuerant, recognitione, in
nostra & chori Radibonensis presentia, ad sedandam tempe-
stuosam inter se & contra se fratribus discordiam libera voce
cum Iona ait; Si tempestas hæc propter me est, tollite
me, & mittite in mare; in eius nomine, qui venit non per-
dere animas sed salvare. Ac sic Abbas nobis & choro, vi-
se Domini Radibonensis Episcopi resignata, fratres & sor-

166

ges presentes & absentes obedientia sua absolvit; Cuius rei testimonium perhibentes, presentem ei cautionem porreximus & omnibus ad quos peruenit, sicut prudentem, literatum & bona estimationis fratrem, in eo cuius hac dona sunt, atten-
tius commendamus.

Literæ commendatitiæ datæ Conrado Ab-
bati à Capitulo Cathedralis Ec-
clesiæ Ratisbonensis.

Vniuersitatem sancte Ecclesiæ ordinibus & dignitatibus, chorus S. Petri Ratisbonensis perpetuam in Domino salutem & pacem.

Notum uniuersitati vestra facimus, de pra-
sentium latore domino Conrado Biburgense quondam Abba-
te, qualiter multas saepe aduersus semetipsum contradictiones
subiectorum & rebelliones pertulerit, sed omni tempore, quo
conuersatus apud nos est, deprahendi ad infamiam, vel deposi-
tionem nunquam potueris: quod Episcopus Bambergensis
adueniens, hinc inde auditis partibus animaduertit prosectorum
& ipsis fratres adeò intelligere cuperunt, ut pacis composi-
tionem amplectentes, uniuersi tunc in monasterio publicè &
priuatim; post aliquanti excepti in Ecclesia nostra Ratisbo-
nensi conficerim alios * valetudines suas at non ipsius culpari * affectionem
consentirent; protestantes multo magis se ex odio & subuer-
sione animi, quam conscientia recta & veritate, honorabilis
persona famam lacerasse. Tunc demum, vir emeritus, cede-
re, Abbatiam sponte resignando, non distulit. Talem exitum
spectati viri, oculis nostris aspicientes, scribimus uniuersis Ec-
clesiæ Dei, dignam, laude, honore, dignitate conuersationem
suis & scientiam prædicantes.

Ff Diplo-